
LEcti-o libri Apoca-lýpsis be-á-ti Jo-ánnis Apósto-li.
I-n di-ébus illis: Vidi sanctam civi-tátem Jerúsa-lem novam descen-
déntem de cælo a De-o, parátam sicut sponsam ornátam viro su-o. Et
audívi vocem magnam de throno dicéntem: Ecce tabernáculum De-i cum
homínibus, et habi-tábit cum e- is. Et ipsi pópulus ejus erunt, et ipse
De-us cum e-is erit e-órum De-us: et abstérget De-us omnem lácrimam
ab ócu-lis e-órum: et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor,
neque dolor erit ultra, qui-a prima abi-é-runt. Et dixit qui sedébat in
throno: Ecce, nova fáci-o ómni-a.